Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

-gulum, quod Rombus dicitur, faciunt. Sic et
4 lineae, quarum oppositae tantum aequales fuerint:
Romboidem faciunt. quadratum tamen nec aequi-
-laterum nec rectangulum, quod quidem helmaiam
(: sed male :) appellant. Et praeter has omnes
superficies quadrilaterae, trapezia vel mensulae
appellantur.

De pentagonis, et reliquis.

Cap: X.

Ex dictis facile deprehendes quid pentagonus, quid hexago-
-nus, et sequentia. Nam sicut triangulus tribus, qua-
-drangulus quatuor gignitur lineis, sic pentagonus quinque,
hexagonus sex, et sic de alijs. Et nominantur hae sup-
-ficies ab angulis, γωνία enim angulum significat, a lineis
vero pentilater, hexilater, etc: possunt nominari.